



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1859

LXVI. Propst und Convent des Klosters Diesdorf bekunden einen mit dem
Kloster Dambeck vorgenommenen Gütertausch, am 14. März 1359.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54934](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54934)

LXVI. Propst und Convent des Klosters Diesdorf befunden einen mit dem Kloster Dambeck vorgenommenen Gütertausch, am 14. März 1359.

Nos Johannes prepositus, Elizabeth priorissa totusque conuentus sanctimonialium in distorpe, tenore presentium recognoscimus lucidius protestantes, quod unanimi consensu et bona voluntate dimisimus et per presentes dimittimus domino henrico preposito et Margarete Abbatisse, Elizabeth priorisse et toti conuentui sanctimonialium in Dambeke, hec bona infra scripta, videlicet in villa Henninge tres choros cum dimidio filiginis, in Malstorp in curia Hennekini Rode alterum dimidium chorum filiginis cum pheodo totius curie, in Berghe in curia Bilis I chorum filiginis et II solidos, in curia Valken I chorum filiginis et II solidos, unum quartale filiginis cum I solido de uno manso, quem nunc colit telonarius in berghe et II solidos de area Gingelmannes, in priffer in curia fabri I chorum filiginis perpetuis temporibus pacifice et quiete possidenda, quemadmodum ipsa habuimus et possedimus usque in diem hodiernum. Renunciantes omni iuri, actioni, que nobis seu nostris successoribus aut nostro monasterio in distorpe competit seu competere possit in predictis bonis in futurum. Pro quibus quidem bonis predicti prepositus, abbatissa, priorissa et totus conuentus sanctimonialium In Dambeke nobis, nostris successoribus ac nostro monasterio in distorpe totam villam Wulmersen, cum omnibus suis redditibus, prouentibus, atinentiis uniuersis, cum omni iure supremo et infimo ac aduocatia in agris cultis et incultis, pratis, paschuis, siluis, nemoribus, aquis et aquarum decursibus cum omni proprietate dimiserunt et resignarunt omnimode per presentes. Vt autem hec permutatio et bonorum predictorum transpositio in perpetuum firma permaneat et illesa, presentes literas dedimus sigillis prepositi et nostri conuentus ex certa nostra scientia sigillatas sub anno domini M^o. CCC^o. LIX^o. feria quinta ante dominicam qua cantatur Reminiscere.

Gercken's Dipl. I, 451—453.

LXVII. Günzel und Heinrich von dem Knesbeek verkaufen dem Kloster Diesdorf die Schweinpenninge auf Hodelsen, Eckhorst, Bercker und Wunesbuttele, am 21. März 1360.

We Gunselinus vnde Heinrick, brodere, Wasmodes sone von dem Knesbeke, bekennen vnd bethugen in desseme breue, dat we mit vulbord vser vedderen hern Günsels, Pernere to Sente Katherinen vp der nyen Stadt to Soltwedel, vnde Haners vnde syner rechten eruen hebben verkoft vnde verkopen vostein schillinghe Swinpennighe in dem dorpe to Hodelsen, vnde teyn pennighe in dem dorpe to Eckhorst in dem houe, dar Rodemann inne wonet, vnde achte schillinghe Swinpennighe in dem dorpe to Bercker, vnde teyn schillinghe Swinpennighe in dem dorpe to Wunesbuttele dem proueste, der priorinne vnde dem ganzem Conuente to Dyrtorpe ewelken to besitene, vnd alle jahr sunder jennigerley hinder vp to borende, vnde willen des Gudes rechte waren wesen vnde leddeghen van aller ansprake. Dat dit vast vnd stede